

appellante thronum apostolicae sedis principis apostolorum Petri et uiversam beatam, quae sub vestra sanctitate est, synodum statim me circumvallat multitudo militaris et volente me ad 85 sanctum altare confugere non concessit, sed nitebatur de ecclesia eruere. tunc tumultu plurimo facto vix potui ad quendam locum ecclesiae confugere et ibi cum his, qui mecum erant, latere, non tamen sine custodia, ne valeam universa mala quae erga me commissa sunt ad vos referre. 90

Oro itaque vestram sanctitatem, ne obdormire patiamini super his, quae insipienti et furioso consilio circa me gesta sunt, cum nullae praecedant causae, quae me in reatum aliquem adducant, sed insurgere primum quidem in causa rectae fidei nostrae, quae quadam libidine deperiit: deinde propter 95 eversionem ecclesiasticarum constitutionum curam facere et simpliciter per omnia narrare tam plebi quae numero praecellit quam amatorem Christi imperatorem nostrum litteris quae competunt edocere: scribere etiam clero sanctae Constantinopolitanae ecclesiae et religiosissimis monachis nec non et Iuvenali 100 Hierosolymorum episcopo et Thalassio Caesariae Cappadociae episcopo, Stephano quoque Ephesiensi et Eusebio Ancyritano et Cyro Afrodisiensi et reliquis sanctis episcopis, qui consensum super pravo consilio adversum me praebuerunt Dioscoro, qui velut principatum sanctae synodi apud Ephesum tenuit: 105 dare etiam formam, quam deus vestrae menti inspirabit, ut tam Occidentali quam etiam Orientali in unum facta patrum synodo similis ubique praedicetur fides, ut praevaleant sanctiones patrum, in irritum vero deduci valeant atque dissolvi omnia quae male et umbrative non sine lusu quodam modo gesta 110 sunt: afferre medicinam horribili huic vulneri, quod per totum iam paene orbem serpendo pervenit. qui autem subscripserunt et consenserunt iniustae sententiae magna vi coacti, paucissimi sunt: qui vero non consenserunt huic iniquitati, multo plures sunt episcopi, sicut etiam lectio sanctae ad beatitudinem vestram 115 relationis poterit perdocere.

Explicit libellus appellationis Flaviani episcopi Constantinopolitani.

II.

Incipit libellus appellationis ad Leonem papam Eusebi Dorylaeo accusantis Eutychen archimandriten.

Sancto et beatissimo patri et archiepiscopo Leoni Eusebius exiguus.

Curavit desuper et ab exordio consuevit thronus apostoli- 5

83 principes. 84 uestram sanctitatem. 85 uolentem. 87 plurimomo. 100 non et] *Amelli*: monet. 109 anquiritano — cyro] *Amelli*: cy. 105 qui velut] vel qui ut. 106 inspirauit. 108 fidis. 110 umbrative] umbratiut. 111 afferre. 112 orbe. 115 lectiones. 116 relationes. 117 constanp̄ II, 2 dorsleorum accusatoris eutychen archimandrite. 5 curavit] qui fui